

## Aduertencias para

10. allegato, indulgens ipsis generaliter, vt Sacramentum Eucharistię possint omnibus ministrare, non excipiendo communionem diei Paschatis, hanc concessionem solum voluit, vt suum effectum in Ecclesijs ipsorum Fratrum fortiretur. Alibi enim id ipsis per dictam facultatem minime indulgetur. Per facultatē Leonis 10. extra communionem Paschalem, id sibi indirectē per viam communicationis generaliter conceditur in omnibus communionibus voluntarijs, vt scilicet, in quacunque Ecclesia possint fideles communicare.

21. ¶ Secundo aduertit predictis non obstare, q̄ in multis Religionibus abhinc multis annis seruatur Leonis, 10. & aliorum Summorum Pontificum constitutio & priuilegium, vt scilicet non administretur fidelibus in Ecclesijs ipsarum Religionum communio Paschalis. Secundo non obstat, q̄ per non usum concessio Iulij, 2. & aliorum Pontificum videtur sublata. Presertim cum priuilegia Regularium à Summis Pontificibus confirmantur quatenus sunt in usu. Nam ad hec respondeatur primo, q̄ confirmando tantum priuilegia, quę sunt in usu, non proinde visi sunt reuocare ea quę non sunt in usu : quia priuilegia sunt